



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita V. Hvmilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

piari, & vnico etiam mortali peccato non expiato, aternas inferni pœnas destinatas esse.

7. Credo singulariter etiam Christum Iesum, qui est verus Deus, Creator meus, Iudex meus, esse in Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento in altari: hinc magna cum reuerentia, ac modestia in templo semper ero.

8. Credo quicquid Biblia, & S. Ecclesia proponit credendum, & pro minimo millies mori paratus, sum.

MARGARITA V.

HYMILITAS.

Actus eius.

Cogitabo me nihil ex me boni habere, nec in corpore, nec in anima.

2. Quia nihil ex me boni habeo, nõ desiderabo amari ab alijs, vel laudari, & si lauder, vel amer, laudes, & amorem in Deum planè refundam.

3. Cogitans me peccasse semel mortaliter, vel per Deum à peccato retractum esse, vel non permissum in id incidere (quod qualibet hora pluries fieri

MARGARITÆ

potuisset) æstimabo me dignum penam
infernabilibus. Unde quidquid mihi
inferetur duri, lubens patiar, cogitans
minora esse quam quæ mereor.

4. Contemptus aliorum, & irrisio-
nes patienter feram, cogitans me mi-
les plura meruisse.

5. Imo gaudebo in mei contemptu,
cogitans me sic insignibus Domini
Iesu Christi ornatum esse, sicut Aulici
gaudent nummo aureo à Principe ac-
cepto.

6. Libenter cum pauperioribus &
indoctoribus agam, quia illi magis
contemptibiles, vt Iesus, habentur.

7. Viliores vestes semper porrabo
si sit in mea potestate, nec vnquam stula-
ta illa collaria, fascias, rosas, calceos
&c. induam.

8. Si sit mihi aliquo eundem, vel
aliud quid cum altero faciendū, sem-
per alteri honestissimum locū deferā.

9. Meos ipse calceos, ac vestes, cubi-
culumque semper; nonnunquam etiā
Sodalitatis locum, petitiā facultate,
purgabo.

VIRTVTVM.

9

10. Nunquam ego Parentes meos
aut amicos, nobiles, ac diuites iacta-
bo, aut laudabo, nec facile eorum lau-
des attingam.

11. Sæpius visitabo Pauperes, & ho-
spitalia, & ijs aliquam refectionem à
parentibus mendicam ministrabo
libens.

12. Alteri cõtendenti mecum, sem-
per cedam, etsi ab alijs irridear.

13. Terram sæpius deosculabor, me
hac indignum reputans, cum multi
sint in Inferno me meliores.

14. Pro quocunque spretore aut ir-
risore mei, tanquam pro summo meo
benefactore, mox Deum orabo.

15. Oculos maximè demissos cona-
bor semper habere.

16. Linguam ab omni superbo re-
sponso, aut ab inutili scientiæ, rerum-
que mearum iactatione coercèbo.

17. Hæc duo posteriora, à sanctis
inter Humilitatis actus ponuntur qui-
dem, sed quia in ijs multa latent, hæc
paulo explicatiùs ponam.

A f

MAR.